

VVIDICHINDVS MONACHVS CORBEIENSIS.



Videchindus natione Saxo, literarum desiderio monachus factus est Corbeiensis cœnobij in Saxonia, ordinis S. Benedicti. In eo loco diligentem operam studijs impendit, atq; magnam eruditionem nactus, antiquos Saxonum annales revoluit & in ordinem rededit, Anno Christi circiter noningentesimo octuagesimo. Itaque ab exordio Saxonum usque ad mortem Ottonis primi, ad Mechtildam eius filiam Historiā libris tribus comprehensam scripsit. præterea res gestas Ottonis primi. Deinde metricę passionem Teclę virginis, & Pauli primi Eremitæ uitam. hinc factum ut is sibi apud eius seculi homines, & posteros quoque magnum nomen compararit. Fuerat is superioris Vuindichini ex fratre nepos. Itaq; patrui studia amplexus, ea continuauit & absoluit. Sunt tamen qui hunc cum superiore eundem affirmant. Floruit circa an. Christi 1000. Ges. in Bibliotheca.